

De effectibus.

PROOEMIUM

De Definitione, certitudine, utilitate & partitione Astrologia.

Astrologiam in eo doctrinae genere quod caelestia contempla-
tur, nunc usitate appellari eam partem, quae stellarum & confi-
gurationum caelestium naturales proprietates considerat, ac inde
subjectarum rerum mutationes elicit, olimque dicta fuit *αστρονομία*
ἀστρονομία, nemini recentiorum scripta legenti dubium esse
potest. Multi verò doctorum de certitudine eius non immerito dubi-
tant, cum videamus inclinationes astrorum saepe numero à causa omni-
um prima DEO, bonis & malis angelis, materia inferioris vago motu,
libera hominis voluntate, educatione bona vel mala, aliisque de causis
impediri, vel in totum elidi. Quae licet experientia quotidiana compro-
bet: non tamen plane certitudo huic arti Astrologicae detrahenda est.
Quaquam enim certitudo ejus tanta non sit, quanta Astronomiae. Nam
motus & configurationes ex motibus provenientes, cum ab immutabili-
bus proficiantur principibus, aeternis & fixis continentur legibus: dum
interim illorum actioni subjecta materia inferior, ad quascunque mutatio-
nes adeo sit prona, ut levi momento in quamcunque aliam inconstanti
prope modo formam: unde etiam actio illa, quae certa lege procedit, haec
valde mutabili subjecta materia, redditur quod ad effectus attinet,
multum incerta.

Aliquam tamen esse certitudinem hinc colligi potest. Primum sen-
sibus est manifestum inferiorem hanc naturam prioribus formis abjectis,
novas subinde acquirere & levi momento mutari. Cum nunc nulla fi-
ant mutationes absque causis, quae dant primum initium motus: Erunt
omnino & harum mutationum aliqua efficientes causae. Nulla autem
in hoc universi theatro natura existit, quae vi agendi in hac inferiora
magis praedita sit quam superior, quae & propter actionem, undique inferi-
riorem ambit, & aeternam obtinet conditionem. Certum igitur est mu-
tationes inferiorum à caelesti effici substantia, seu, quod idem est, caele-
stia corpora in hac inferiora agere, quod ut multis alijs in locis ita cap. 2

primè

Astrologia
definitio.

Quae Astrolo-
gia certitu-
dinem in du-
bium vocent.

Vnde sumat-
ur Astrolo-
gia certitudo